1 Diligam te Domine fortitudo mea.
2 Dominus firmamentum meum, et refugium
meum, et liberator meus. Deus meus adjutor
meus, et sperabo in eum. Protector meus, et
cornu salutis meæ, et susceptor meus.
3 Laudans invocabo Dominum: et ab inimicis
meis salvus ero. 4 Circumdederunt me
dolores mortis: et torrentes iniquitatis contur-
baverunt me. 5 Dolores inferni circum-
dederunt me: præoccupaverunt me laquei
mortis. 6 In tribulatione mea invocavi
Dominum, et ad Deum meum clamavi: et
exaudivit de templo sancto suo vocem meam:
et clamor meus in conspectu ejus, introivit in
aures ejus. 7 Commota est, et contremuit
terra: fundamenta montium conturbata sunt
et commota sunt, quoniam iratus est eis.
8 Ascendit fumus in ira ejus: et ignis a facie
ejus exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
9 Inclinavit cælos, et descendit: et caligo
sub pedibus ejus. 10 Et ascendit super
cherubim, et volavit: volavit super pennas
ventorum. 11 Et posuit tenebras latibulum
suum, in circuitu ejus tabernaculum ejus:
tenebrosa aqua in nubibus aeris. 12 Præ
fulgore in conspectu ejus nubes transierunt,
grando, et carbones ignis. 13 Et intonuit
de cælo Dominus, et Altissimus dedit vocem
suam: grando et carbones ignis. 14 Et
misit sagittas suas, et dissipavit eos: fulgura
multiplicavit: et conturbavit eos. 15 Et
apparuerunt fontes aquarum, et revelata
sunt fundamenta orbis terrarum: Ab
increpatione tua Domine, ab inspiratione
spiritus iræ tuæ. 16 Misit de summo, et
accepit me: et assumpsit me de aquis multis.

18 יַצִּילֵנִי מֵאֹיְבִי עָז וּמִשֹּׂנְאַי כִּי־אָמְצוּ
מִמֶּנִּי׃ 19 יְקַדְּמוּנִי בְיוֹם־אֵידִי וַיְהִי־יְהוָה
לְמִשְׁעָן לִי׃ 20 וַיּוֹצִיאֵנִי לַמֶּרְחָב יְחַלְּצֵנִי
כִּי חָפֵץ בִּי׃ 21 יִגְמְלֵנִי יְהוָה כְּצִדְקִי
כְּבֹר יָדַי יָשִׁיב לִי׃ 22 כִּי־שָׁמַרְתִּי דַּרְכֵי
יְהוָה וְלֹא־רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי׃ 23 כִּי כָל־
מִשְׁפָּטָיו לְנֶגְדִּי וְחֻקֹּתָיו לֹא־אָסִיר מֶנִּי׃
24 וָאֱהִי תָמִים עִמּוֹ וָאֶשְׁתַּמֵּר מֵעֲוֹנִי׃
25 וַיָּשֶׁב־יְהוָה לִי כְצִדְקִי כְּבֹר יָדַי לְנֶגֶד
עֵינָיו׃ 26 עִם־חָסִיד תִּתְחַסָּד עִם־גְּבַר תָּמִים
תִּתַּמָּם׃ 27 עִם־נָבָר תִּתְבָּרָר וְעִם־עִקֵּשׁ
תִּתְפַּתָּל׃ 28 כִּי־אַתָּה עַם־עָנִי תוֹשִׁיעַ
וְעֵינַיִם רָמוֹת תַּשְׁפִּיל׃ 29 כִּי־אַתָּה תָּאִיר
נֵרִי יְהוָה אֱלֹהַי יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי׃ 30 כִּי בְךָ
אָרֻץ גְּדוּד וּבֵאלֹהַי אֲדַלֶּג־שׁוּר׃ 31 הָאֵל
תָּמִים דַּרְכּוֹ אִמְרַת־יְהוָה צְרוּפָה מָגֵן הוּא
לְכֹל ׀ הַחוֹסִים בּוֹ׃ 32 כִּי מִי אֱלוֹהַּ
מִבַּלְעֲדֵי יְהוָה וּמִי צוּר זוּלָתִי אֱלֹהֵינוּ׃
33 הָאֵל הַמְאַזְּרֵנִי חָיִל וַיִּתֵּן תָּמִים דַּרְכִּי׃
34 מְשַׁוֶּה רַגְלַי כָּאַיָּלוֹת וְעַל בָּמֹתַי
יַעֲמִידֵנִי׃ 35 מְלַמֵּד יָדַי לַמִּלְחָמָה וְנִחֲתָה
קֶשֶׁת־נְחוּשָׁה זְרוֹעֹתָי׃ 36 וַתִּתֶּן־לִי מָגֵן
יִשְׁעֶךָ וִימִינְךָ תִסְעָדֵנִי וְעַנְוַתְךָ תַרְבֵּנִי׃
37 תַּרְחִיב צַעֲדִי תַחְתָּי וְלֹא מָעֲדוּ קַרְסֻלָּי׃
38 אֶרְדּוֹף אוֹיְבַי וְאַשִּׂיגֵם וְלֹא־אָשׁוּב עַד־
כַּלּוֹתָם׃ 39 אֶמְחָצֵם וְלֹא־יֻכְלוּ קוּם יִפְּלוּ
תַּחַת רַגְלָי׃ 40 וַתְּאַזְּרֵנִי חַיִל לַמִּלְחָמָה
תַּכְרִיעַ קָמַי תַּחְתָּי׃ 41 וְאֹיְבַי נָתַתָּה לִּי
עֹרֶף וּמְשַׂנְאַי אַצְמִיתֵם׃ 42 יְשַׁוְּעוּ וְאֵין
מוֹשִׁיעַ עַל־יְהוָה וְלֹא עָנָם׃ 43 וְאֶשְׁחָקֵם
כְּעָפָר עַל־פְּנֵי־רוּחַ כְּטִיט חוּצוֹת אֲרִיקֵם׃
44 תְּפַלְּטֵנִי מֵרִיבֵי עָם תְּשִׂימֵנִי לְרֹאשׁ
גּוֹיִם עַם לֹא־יָדַעְתִּי יַעַבְדוּנִי׃ 45 לְשֵׁמַע
אֹזֶן יִשָּׁמְעוּ לִי בְּנֵי נֵכָר יְכַחֲשׁוּ־לִי׃
46 בְּנֵי־נֵכָר יִבֹּלוּ וְיַחְרְגוּ מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם׃
47 חַי־יְהוָה וּבָרוּךְ צוּרִי וְיָרוּם אֱלוֹהֵי
יִשְׁעִי׃ 48 הָאֵל הַנּוֹתֵן נְקָמוֹת לִי וַיַּדְבֵּר
עַמִּים תַּחְתָּי׃ 49 מְפַלְּטִי מֵאֹיְבָי אַף
מִן־קָמַי תְּרוֹמְמֵנִי מֵאִישׁ חָמָס תַּצִּילֵנִי׃
50 עַל־כֵּן ׀ אוֹדְךָ בַגּוֹיִם יְהוָה וּלְשִׁמְךָ
אֲזַמֵּרָה׃ 51 מַגְדִּל יְשׁוּעוֹת מַלְכּוֹ וְעֹשֶׂה
חֶסֶד ׀ לִמְשִׁיחוֹ לְדָוִד וּלְזַרְעוֹ עַד־עוֹלָם׃

17 Ῥύσεταί με ἐξ ἐχθρῶν μου δυνατῶν καὶ ἐκ
τῶν μισούντων με, ὅτι ἐστερεώθησαν ὑπὲρ ἐμέ.
18 Προέφθασάν με ἐν ἡμέρᾳ κακώσεώς μου, καὶ
ἐγένετο Κύριος ἀντιστήριγμά μου, 19 Καὶ ἐξήγαγέ
με εἰς πλατυσμόν· ῥύσεταί με, ὅτι ἠθέλησέ με.
20 Καὶ ἀνταποδώσει μοι Κύριος κατὰ τὴν δικαιο-
σύνην μου, καὶ κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν
μου ἀνταποδώσει μοι. 21 Ὅτι ἐφύλαξα τὰς ὁδοὺς
Κυρίου, καὶ οὐκ ἠσέβησα ἀπὸ τοῦ θεοῦ μου·
22 Ὅτι πάντα τὰ κρίματα αὐτοῦ ἐνώπιόν μου,
καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ οὐκ ἀπέστησαν ἀπ'
ἐμοῦ. 23 Καὶ ἔσομαι ἄμωμος μετ' αὐτοῦ, καὶ
φυλάξομαι ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου. 24 Καὶ ἀν-
ταποδώσει μοι Κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου
καὶ κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν μου
ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. 25 Μετὰ ὁσίου
ὁσιωθήσῃ, καὶ μετὰ ἀνδρὸς ἀθώου ἀθῶος
ἔσῃ, 26 Καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ
μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. 27 Ὅτι σὺ λαὸν
ταπεινὸν σώσεις, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπερηφάνων
ταπεινώσεις· 28 Ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου
Κύριε, ὁ θεός μου φωτιεῖς τὸ σκότος μου· 29 Ὅτι
ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι ἀπὸ πειρατηρίου, καὶ ἐν τῷ θεῷ
μου ὑπερβήσομαι τεῖχος. 30 Ὁ θεός μου ἄμωμος
ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, τὰ λόγια Κυρίου πεπυρωμένα,
ὑπερασπιστής ἐστι πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ'
αὐτόν. 31 Ὅτι τίς θεὸς πλὴν τοῦ Κυρίου, καὶ
τίς θεὸς πλὴν τοῦ θεοῦ ἡμῶν; 32 Ὁ θεὸς ὁ
περιζωννύων με δύναμιν, καὶ ἔθετο ἄμωμον τὴν
ὁδόν μου· 33 Ὁ καταρτιζόμενος τοὺς πόδας μου
ὡσεὶ ἐλάφου, καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἱστῶν με· 34 Διδά-
σκων χεῖράς μου εἰς πόλεμον, καὶ ἔθου τόξον
χαλκοῦν τοὺς βραχίονάς μου· 35 Καὶ ἔδωκάς
μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας μου, καὶ ἡ δεξιά σου
ἀντελάβετό μου· καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ
με εἰς τέλος, καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει.
36 Ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου ὑποκάτω μου,
καὶ οὐκ ἠσθένησαν τὰ ἴχνη μου. 37 Καταδιώξω
τοὺς ἐχθρούς μου καὶ καταλήψομαι αὐτούς, καὶ
οὐκ ἀποστραφήσομαι ἕως ἂν ἐκλείπωσιν· 38 Ἐκ-
θλίψω αὐτοὺς καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι, πεσοῦν-
ται ὑπὸ τοὺς πόδας μου. 39 Καὶ περιέζωσάς με
δύναμιν εἰς πόλεμον, συνεπόδισας πάντας τοὺς
ἐπανισταμένους ἐπ' ἐμὲ ὑποκάτω μου. 40 Καὶ
τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκάς μοι νῶτον, καὶ τοὺς
μισοῦντάς με ἐξωλόθρευσας. 41 Ἐκέκραξαν, καὶ
οὐκ ἦν ὁ σώζων· πρὸς Κύριον, καὶ οὐκ εἰσήκουεν
αὐτῶν. 42 Καὶ λεπτυνῶ αὐτοὺς ὡς χοῦν κατὰ
πρόσωπον ἀνέμου, ὡς πηλὸν πλατειῶν λεανῶ
αὐτούς. 43 Ῥῦσαί με ἐξ ἀντιλογιῶν λαοῦ, κατα-
στήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν· λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων
ἐδούλευσέ μοι, 44 Εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ
μοι· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, 45 Υἱοὶ
ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν
τρίβων αὐτῶν. 46 Ζῇ Κύριος, καὶ εὐλογητὸς ὁ
θεός μου, καὶ ὑψωθήτω ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας μου·
47 Ὁ θεὸς ὁ διδοὺς ἐκδικήσεις ἐμοί, καὶ ὑποτάξας
λαοὺς ὑπ' ἐμέ, 48 Ὁ ῥύστης μου ἐξ ἐχθρῶν
ὀργίλων· ἀπὸ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ
ὑψώσεις με, ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥύσῃ με. 49 Διὰ
τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, Κύριε, καὶ
τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ· 50 Μεγαλύνων τὰς
σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, καὶ ποιῶν ἔλεος
τῷ χριστῷ αὐτοῦ τῷ Δαυὶδ καὶ τῷ σπέρματι
αὐτοῦ ἕως αἰῶνος.

17 Eripuit me de inimicis meis fortissimis, et ab
his qui oderunt me: quoniam confortati sunt
super me. 18 Prævenerunt me in die afflictionis
meæ: et factus est Dominus protector meus.
19 Et eduxit me in latitudinem: salvum me
fecit, quoniam voluit me. 20 Et retribuet mihi
Dominus secundum justitiam meam, et secun-
dum puritatem manuum mearum retribuet
mihi: 21 Quia custodivi vias Domini, nec
impie gessi a Deo meo. 22 Quoniam omnia
judicia ejus in conspectu meo: et justitias
ejus non repuli a me. 23 Et ero immaculatus
cum eo: et observabo me ab iniquitate mea.
24 Et retribuet mihi Dominus secundum
justitiam meam: et secundum puritatem
manuum mearum in conspectu oculorum ejus.
25 Cum sancto sanctus eris, et cum viro
innocente innocens eris: 26 Et cum electo
electus eris: et cum perverso perverteris.
27 Quoniam tu populum humilem salvum
facies: et oculos superborum humiliabis.
28 Quoniam tu illuminas lucernam meam Do-
mine: Deus meus illumina tenebras meas.
29 Quoniam in te eripiar a tentatione, et in
Deo meo transgrediar murum. 30 Deus meus
impolluta via ejus: eloquia Domini igne
examinata: protector est omnium sperantium
in se. 31 Quoniam quis Deus præter Do-
minum? aut quis Deus præter Deum nostrum?
32 Deus qui præcinxit me virtute: et posuit
immaculatam viam meam. 33 Qui perfecit
pedes meos tanquam cervorum, et super
excelsa statuens me. 34 Qui docet manus
meas ad prœlium: et posuisti, ut arcum
æreum, brachia mea. 35 Et dedisti mihi pro-
tectionem salutis tuæ: et dextera tua suscepit
me: et disciplina tua correxit me in finem:
et disciplina tua ipsa me docebit. 36 Dilatasti
gressus meos subtus me: et non sunt infirmata
vestigia mea. 37 Persequar inimicos meos,
et comprehendam illos: et non convertar
donec deficiant. 38 Confringam illos, nec
poterunt stare: cadent subtus pedes meos.
39 Et præcinxisti me virtute ad bellum, et
supplantasti insurgentes in me subtus me.
40 Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, et
odientes me disperdidisti. 41 Clamaverunt,
nec erat qui salvos faceret, ad Dominum: nec
exaudivit eos. 42 Et comminuam eos, ut
pulverem ante faciem venti: ut lutum platea-
rum delebo eos. 43 Eripies me de contra-
dictionibus populi: constitues me in caput
gentium. 44 Populus, quem non cognovi,
servivit mihi: in auditu auris obedivit mihi.
45 Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni
inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis
suis. 46 Vivit Dominus, et benedictus Deus
meus, et exaltetur Deus salutis meæ. 47 Deus
qui das vindictas mihi, et subdis populos sub
me, liberator meus de inimicis meis iracundis.
48 Et ab insurgentibus in me exaltabis me:
a viro iniquo eripies me. 49 Propterea con-
fitebor tibi in nationibus Domine: et nomini
tuo psalmum dicam. 50 Magnificans salutes
regis ejus, et faciens misericordiam christo
suo David, et semini ejus usque in sæculum.

יט

¹ לַמְנַצֵּחַ מִזְמוֹר לְדָוִד׃ ² הַשָּׁמַיִם
מְסַפְּרִים כְּבוֹד־אֵל וּמַעֲשֵׂה יָדָיו מַגִּיד
הָרָקִיעַ׃ ³ יוֹם לְיוֹם יַבִּיעַ אֹמֶר וְלַיְלָה
לְּלַיְלָה יְחַוֶּה־דָּעַת׃ ⁴ אֵין אֹמֶר וְאֵין דְּבָרִים
בְּלִי נִשְׁמָע קוֹלָם׃ ⁵ בְּכָל־הָאָרֶץ ׀ יָצָא
קַוָּם וּבִקְצֵה תֵבֵל מִלֵּיהֶם לַשֶּׁמֶשׁ שָׂם אֹהֶל
בָּהֶם׃ ⁶ וְהוּא כְּחָתָן יֹצֵא מֵחֻפָּתוֹ יָשִׂישׂ
כְּגִבּוֹר לָרוּץ אֹרַח׃ ⁷ מִקְצֵה הַשָּׁמַיִם ׀
מוֹצָאוֹ וּתְקוּפָתוֹ עַל־קְצוֹתָם וְאֵין נִסְתָּר
מֵחַמָּתוֹ׃ ⁸ תּוֹרַת יְהוָה תְּמִימָה מְשִׁיבַת
נָפֶשׁ עֵדוּת יְהוָה נֶאֱמָנָה מַחְכִּימַת פֶּתִי׃
⁹ פִּקּוּדֵי יְהוָה יְשָׁרִים מְשַׂמְּחֵי־לֵב מִצְוַת
יְהוָה בָּרָה מְאִירַת עֵינָיִם׃ ¹⁰ יִרְאַת יְהוָה ׀
טְהוֹרָה עוֹמֶדֶת לָעַד מִשְׁפְּטֵי־יְהוָה אֱמֶת
צָדְקוּ יַחְדָּו׃ ¹¹ הַנֶּחֱמָדִים מִזָּהָב וּמִפַּז
רָב וּמְתוּקִים מִדְּבַשׁ וְנֹפֶת צוּפִים׃ ¹² גַּם־
עַבְדְּךָ נִזְהָר בָּהֶם בְּשָׁמְרָם עֵקֶב רָב׃
¹³ שְׁגִיאוֹת מִי־יָבִין מִנִּסְתָּרוֹת נַקֵּנִי׃ ¹⁴ גַּם
מִזֵּדִים חֲשֹׂךְ עַבְדֶּךָ אַל־יִמְשְׁלוּ־בִי אָז
אֵיתָם וְנִקֵּיתִי מִפֶּשַׁע רָב׃ ¹⁵ יִהְיוּ לְרָצוֹן ׀
אִמְרֵי־פִי וְהֶגְיוֹן לִבִּי לְפָנֶיךָ יְהוָה צוּרִי
וְגֹאֲלִי׃

כ

¹ לַמְנַצֵּחַ מִזְמוֹר לְדָוִד׃ ² יַעַנְךָ יְהוָה
בְּיוֹם צָרָה יְשַׂגֶּבְךָ שֵׁם ׀ אֱלֹהֵי יַעֲקֹב׃
³ יִשְׁלַח עֶזְרְךָ מִקֹּדֶשׁ וּמִצִּיּוֹן יִסְעָדֶךָּ׃
⁴ יִזְכֹּר כָּל־מִנְחֹתֶךָ וְעוֹלָתְךָ יְדַשְּׁנֶה סֶלָה׃
⁵ יִתֶּן־לְךָ כִלְבָבֶךָ וְכָל־עֲצָתְךָ יְמַלֵּא׃
⁶ נְרַנְּנָה ׀ בִּישׁוּעָתֶךָ וּבְשֵׁם אֱלֹהֵינוּ נִדְגֹּל
יְמַלֵּא יְהוָה כָּל־מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ׃ ⁷ עַתָּה יָדַעְתִּי
כִּי הוֹשִׁיעַ ׀ יְהוָה מְשִׁיחוֹ יַעֲנֵהוּ מִשְּׁמֵי
קָדְשׁוֹ בִּגְבֻרוֹת יֵשַׁע יְמִינוֹ׃ ⁸ אֵלֶּה בָרֶכֶב
וְאֵלֶּה בַסּוּסִים וַאֲנַחְנוּ בְּשֵׁם־יְהוָה אֱלֹהֵינוּ
נַזְכִּיר׃ ⁹ הֵמָּה כָּרְעוּ וְנָפָלוּ וַאֲנַחְנוּ קַמְנוּ
וַנִּתְעוֹדָד׃ ¹⁰ יְהוָה הוֹשִׁיעָה הַמֶּלֶךְ יַעֲנֵנוּ
בְיוֹם־קָרְאֵנוּ׃

כא

¹ לַמְנַצֵּחַ מִזְמוֹר לְדָוִד׃ ² יְהוָה בְּעָזְּךָ
יִשְׂמַח־מֶלֶךְ וּבִישׁוּעָתְךָ מַה־יָּגֶל מְאֹד׃

ιθ'.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

1 ΟΙ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, ποίησιν δὲ
χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. 2 Ἡμέρα
τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει
γνῶσιν. 3 Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι ὧν οὐχὶ
ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν· 4 Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν
ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς
οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. 5 Ἐν τῷ ἡλίῳ
ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος
ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται ὡς
γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ. 6 Ἀπ' ἄκρου τοῦ
οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ
ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυ-
βήσεται τὴν θέρμην αὐτοῦ. 7 Ὁ νόμος τοῦ Κυρίου
ἄμωμος ἐπιστρέφων ψυχάς, ἡ μαρτυρία Κυρίου
πιστὴ σοφίζουσα νήπια. 8 Τὰ δικαιώματα Κυρίου
εὐθέα εὐφραίνοντα καρδίαν, ἡ ἐντολὴ Κυρίου
τηλαυγὴς φωτίζουσα ὀφθαλμούς. 9 Ὁ φόβος
Κυρίου ἁγνὸς διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος· τὰ
κρίματα Κυρίου ἀληθινὰ δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό,
10 Ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον
πολύν, καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον.
11 Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτά· ἐν τῷ
φυλάσσειν αὐτὰ ἀνταπόδοσις πολλή. 12 Παρα-
πτώματα τίς συνήσει; ἐκ τῶν κρυφίων μου καθά-
ρισόν με, 13 Καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου
σου· ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος
ἔσομαι καὶ καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης.
14 Καὶ ἔσονται εἰς εὐδοκίαν τὰ λόγια τοῦ στόματός
μου, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου ἐνώπιόν σου
διὰ παντός, Κύριε βοηθέ μου καὶ λυτρωτά μου.

κ'.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

1 ἘΠΑΚΟΥΣΑΙ σου Κύριος ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως,
ὑπερασπίσαι σου τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ Ἰακώβ.
2 Ἐξαποστείλαι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου, καὶ ἐκ Σιὼν
ἀντιλάβοιτό σου· 3 Μνησθείη πάσης θυσίας σου,
καὶ τὸ ὁλοκαύτωμά σου πιανάτω. Διάψαλμα.
4 Δῴη σοι κατὰ τὴν καρδίαν σου, καὶ πᾶσαν τὴν
βουλήν σου πληρώσαι. 5 Ἀγαλλιασόμεθα ἐν τῷ
σωτηρίῳ σου, καὶ ἐν ὀνόματι θεοῦ ἡμῶν μεγαλυν-
θησόμεθα. Πληρώσαι Κύριος πάντα τὰ αἰτήματά
σου. 6 Νῦν ἔγνων ὅτι ἔσωσε Κύριος τὸν χριστὸν
αὐτοῦ· ἐπακούσεται αὐτοῦ ἐξ οὐρανοῦ ἁγίου αὐτοῦ,
ἐν δυναστείαις ἡ σωτηρία τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ.
7 Οὗτοι ἐν ἅρμασι καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις, ἡμεῖς δὲ
ἐν ὀνόματι Κυρίου θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα.
8 Αὐτοὶ συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσαν, ἡμεῖς δὲ
ἀνέστημεν καὶ ἀνωρθώθημεν. 9 Κύριε, σῶσον τὸν
βασιλέα καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ
ἐπικαλεσώμεθά σε.

κα'.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

1 ΚΥΡΙΕ, ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασι-
λεύς, καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιάσεται σφόδρα.

XIX.

In finem, Psalmus David.

1 CÆLI enarrant gloriam Dei, et opera
manuum ejus annuntiat firmamentum. 2 Dies
diei eructat verbum, et nox nocti indicat
scientiam. 3 Non sunt loquelæ, neque ser-
mones, quorum non audiantur voces eorum.
4 In omnem terram exivit sonus eorum: et in
fines orbis terræ verba eorum. 5 In sole
posuit tabernaculum suum: et ipse tanquam
sponsus procedens de thalamo suo: exultavit
ut gigas ad currendam viam. 6 A summo
cælo egressio ejus: et occursus ejus usque
ad summum ejus: nec est qui se abscondat a
calore ejus. 7 Lex Domini immaculata
convertens animas: testimonium Domini
fidele, sapientiam præstans parvulis. 8 Jus-
titiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præ-
ceptum Domini lucidum, illuminans oculos.
9 Timor Domini sanctus, permanens in sæcu-
lum sæculi: judicia Domini vera, justificata
in semetipsa. 10 Desiderabilia super aurum
et lapidem pretiosum multum: et dulciora
super mel et favum. 11 Etenim servus tuus
custodit ea, in custodiendis illis retributio
multa. 12 Delicta quis intelligit? ab occultis
meis munda me: 13 Et ab alienis parce servo
tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc imma-
culatus ero: et emundabor a delicto maximo.
14 Et erunt ut complaceant eloquia oris mei:
et meditatio cordis mei in conspectu tuo
semper. Domine adjutor meus, et redemptor
meus.

XX.

In finem, Psalmus David.

1 EXAUDIAT te Dominus in die tribulationis:
protegat te nomen Dei Jacob. 2 Mittat tibi
auxilium de sancto: et de Sion tueatur te.
3 Memor sit omnis sacrificii tui: et holo-
caustum tuum pingue fiat. 4 Tribuat tibi
secundum cor tuum: et omne consilium tuum
confirmet. 5 Lætabimur in salutari tuo: et
in nomine Dei nostri magnificabimur. 6 Im-
pleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc
cognovi quoniam salvum fecit Dominus
CHRISTUM suum. Exaudiet illum de cælo
sancto suo: in potentatibus salus dexteræ ejus.
7 Hi in curribus, et hi in equis: nos autem
in nomine Domini Dei nostri invocabimus.
8 Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: nos autem
surreximus et erecti sumus. 9 Domine
salvum fac regem: et exaudi nos in die, qua
invocaverimus te.

XXI.

In finem, Psalmus David.

1 DOMINE in virtute tua lætabitur rex: et
super salutare tuum exultabit vehementer.

3 תַּאֲוַת לִבּוֹ נָתַתָּה לּוֹ וַאֲרֶשֶׁת שְׂפָתָיו
בַּל־מָנַעְתָּ סֶּלָה׃ 4 כִּֽי־תְקַדְּמֶנּוּ בִּרְכוֹת טוֹב
תָּשִׁית לְרֹאשׁוֹ עֲטֶרֶת פָּז׃ 5 חַיִּים ׀ שָׁאַל
מִמְּךָ נָתַתָּה לּוֹ אֹרֶךְ יָמִים עוֹלָם וָעֶד׃
6 גָּדוֹל כְּבוֹדוֹ בִּישׁוּעָתֶךָ הוֹד וְהָדָר תְּשַׁוֶּה
עָלָיו׃ 7 כִּֽי־תְשִׁיתֵהוּ בְרָכוֹת לָעַד תְּחַדֵּהוּ
בְשִׂמְחָה אֶת־פָּנֶיךָ׃ 8 כִּֽי־הַמֶּלֶךְ בֹּטֵחַ
בַּיהוָה וּבְחֶסֶד עֶלְיוֹן בַּל־יִמּוֹט׃ 9 תִּמְצָא
יָדְךָ לְכָל־אֹיְבֶיךָ יְמִינְךָ תִּמְצָא שֹׂנְאֶיךָ׃
10 תְּשִׁיתֵמוֹ ׀ כְּתַנּוּר אֵשׁ לְעֵת פָּנֶיךָ יְהוָה
בְּאַפּוֹ יְבַלְּעֵם וְתֹאכְלֵם אֵשׁ׃ 11 פִּרְיָמוֹ
מֵאֶרֶץ תְּאַבֵּד וְזַרְעָם מִבְּנֵי אָדָם׃ 12 כִּֽי־
נָטוּ עָלֶיךָ רָעָה חָשְׁבוּ מְזִמָּה בַּל־יוּכָלוּ׃
13 כִּי תְּשִׁיתֵמוֹ שֶׁכֶם בְּמֵיתָרֶיךָ תְּכוֹנֵן עַל־
פְּנֵיהֶם׃ 14 רוּמָה יְהוָה בְעֻזֶּךָ נָשִׁירָה
וּֽנְזַמְּרָה גְּבוּרָתֶךָ׃

כב

1 לַמְנַצֵּחַ עַל־אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר מִזְמוֹר
לְדָוִד׃ 2 אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי רָחוֹק
מִישׁוּעָתִי דִּבְרֵי שַׁאֲגָתִי׃ 3 אֱלֹהַי אֶקְרָא
יוֹמָם וְלֹא תַעֲנֶה וְלַיְלָה וְלֹא־דוּמִיָּה לִי׃
4 וְאַתָּה קָדוֹשׁ יוֹשֵׁב תְּהִלּוֹת יִשְׂרָאֵל׃
5 בְּךָ בָּטְחוּ אֲבֹתֵינוּ בָּטְחוּ וַתְּפַלְּטֵמוֹ׃
6 אֵלֶיךָ זָעֲקוּ וְנִמְלָטוּ בְּךָ בָטְחוּ וְלֹא־בוֹשׁוּ׃
7 וְאָנֹכִי תוֹלַעַת וְלֹא־אִישׁ חֶרְפַּת אָדָם וּבְזוּי
עָם׃ 8 כָּל־רֹאַי יַלְעִגוּ לִי יַפְטִירוּ בְשָׂפָה
יָנִיעוּ רֹאשׁ׃ 9 גֹּל אֶל־יְהוָה יְפַלְּטֵהוּ יַצִּילֵהוּ
כִּי חָפֵץ בּוֹ׃ 10 כִּֽי־אַתָּה גֹחִי מִבָּטֶן מַבְטִיחִי
עַל־שְׁדֵי אִמִּי׃ 11 עָלֶיךָ הָשְׁלַכְתִּי מֵרָחֶם
מִבֶּטֶן אִמִּי אֵלִי אָתָּה׃ 12 אַל־תִּרְחַק
מִמֶּנִּי כִּֽי־צָרָה קְרוֹבָה כִּֽי־אֵין עוֹזֵר׃
13 סְבָבוּנִי פָּרִים רַבִּים אַבִּירֵי בָשָׁן כִּתְּרוּנִי׃
14 פָּצוּ עָלַי פִּיהֶם אַרְיֵה טֹרֵף וְשֹׁאֵג׃
15 כַּמַּיִם נִשְׁפַּכְתִּי וְהִתְפָּרְדוּ כָּל־עַצְמוֹתָי
הָיָה לִבִּי כַּדּוֹנָג נָמֵס בְּתוֹךְ מֵעָי׃
16 יָבֵשׁ כַּחֶרֶשׂ ׀ כֹּחִי וּלְשׁוֹנִי מֻדְבָּק
מַלְקוֹחָי וְלַעֲפַר־מָוֶת תִּשְׁפְּתֵנִי׃ 17 כִּי
סְבָבוּנִי כְּלָבִים עֲדַת מְרֵעִים הִקִּיפוּנִי
כָּאֲרִי יָדַי וְרַגְלָי׃ 18 אֲסַפֵּר כָּל־עַצְמוֹתָי
הֵמָּה יַבִּיטוּ יִרְאוּ־בִי׃ 19 יְחַלְּקוּ בְגָדַי
לָהֶם וְעַל־לְבוּשִׁי יַפִּילוּ גוֹרָל׃ 20 וְאַתָּה
יְהוָה אַל־תִּרְחָק אֱיָלוּתִי לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה׃

2 Τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἔδωκας αὐτῷ,
καὶ τὴν δέησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ οὐκ ἐστέρησας
αὐτόν. Διάψαλμα. 3 Ὅτι προέφθασας αὐτὸν ἐν
εὐλογίαις χρηστότητος, ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ
στέφανον ἐκ λίθου τιμίου. 4 Ζωὴν ᾐτήσατό σε, καὶ
ἔδωκας αὐτῷ μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος.
5 Μεγάλη ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σωτηρίῳ σου, δόξαν
καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτόν· 6 Ὅτι
δώσεις αὐτῷ εὐλογίαν εἰς αἰῶνα αἰῶνος, εὐφρανεῖς
αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου. 7 Ὅτι
ὁ βασιλεὺς ἐλπίζει ἐπὶ Κύριον, καὶ ἐν τῷ ἐλέει τοῦ
ὑψίστου οὐ μὴ σαλευθῇ. 8 Εὑρεθείη ἡ χείρ σου
πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου, ἡ δεξιά σου εὕροι πάντας
τοὺς μισοῦντάς σε. 9 Θήσεις αὐτοὺς ὡς κλίβανον
πυρὸς εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου· Κύριος ἐν
ὀργῇ αὐτοῦ συνταράξει αὐτούς, καὶ καταφάγεται
αὐτοὺς πῦρ. 10 Τὸν καρπὸν αὐτῶν ἀπὸ γῆς
ἀπολεῖς, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων.
11 Ὅτι ἔκλιναν εἰς σὲ κακά, διελογίσαντο βουλὴν
ἣν οὐ μὴ δύνωνται στῆσαι. 12 Ὅτι θήσεις αὐτοὺς
νῶτον, ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις τὸ πρόσ-
ωπον αὐτῶν. 13 Ὑψώθητι Κύριε ἐν τῇ δυνάμει
σου, ᾄσομεν καὶ ψαλοῦμεν τὰς δυναστείας σου.

κβ'.

Εἰς το τέλος ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς, ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

1 Ὁ θεὸς ὁ θεός μου, πρόσχες μοι· ἵνα τί
ἐγκατέλιπές με; μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ
λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. 2 Ὁ θεός μου,
κεκράξομαι ἡμέρας πρὸς σὲ καὶ οὐκ εἰσακούσῃ, καὶ
νυκτὸς καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. 3 Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ
κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. 4 Ἐπὶ σοὶ
ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἤλπισαν καὶ ἐρρύσω
αὐτούς· 5 Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν καὶ ἐσώθησαν, ἐπὶ
σοὶ ἤλπισαν καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. 6 Ἐγὼ δέ
εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων
καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. 7 Πάντες οἱ θεωροῦντές
με ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν,
ἐκίνησαν κεφαλήν 8 Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, ῥυσάσθω
αὐτόν, σωσάτω αὐτὸν ὅτι θέλει αὐτόν. 9 Ὅτι σὺ
εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός, ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ
μαστῶν τῆς μητρός μου· 10 Ἐπὶ σὲ ἐπεῤῥίφην
ἐκ μήτρας, ἐκ κοιλίας μητρός μου θεός μου εἶ σύ·
μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι θλῖψις ἐγγύς, 11 Ὅτι
οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν. 12 Περιεκύκλωσάν με μόσχοι
πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχον με· 13 Ἤνοιξαν
ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ὁ ἁρπάζων καὶ
ὠρυόμενος. 14 Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθην καὶ διεσκορ-
πίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου, ἐγενήθη ἡ καρδία μου
ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου.
15 Ἐξηράνθη ὡσεὶ ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ
γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου, καὶ εἰς
χοῦν θανάτου κατήγαγές με. 16 Ὅτι ἐκύκλωσάν
με κύνες πολλοί, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέ-
σχον με· ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας, 17 Ἐξη-
ρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου· αὐτοὶ δὲ κατενόησαν
καὶ ἐπεῖδόν με. 18 Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου
ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον
κλῆρον. 19 Σὺ δέ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τὴν
βοήθειάν μου, εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες.

2 Desiderium cordis ejus tribuisti ei: et
voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.
3 Quoniam prævenisti eum in benedictionibus
dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de
lapide pretioso. 4 Vitam petiit a te: et
tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum,
et in sæculum sæculi. 5 Magna est gloria
ejus in salutari tuo: gloriam et magnum deco-
rem impones super eum. 6 Quoniam dabis
eum in benedictionem in sæculum sæculi:
lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
7 Quoniam rex sperat in Domino: et in
misericordia Altissimi non commovebitur.
8 Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis:
dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.
9 Pones eos ut clibanum ignis in tempore
vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit
eos, et devorabit eos ignis. 10 Fructum
eorum de terra perdes: et semen eorum a filiis
hominum. 11 Quoniam declinaverunt in te
mala; cogitaverunt consilia, quæ non potue-
runt stabilire. 12 Quoniam pones eos dorsum:
in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.
13 Exaltare Domine in virtute tua: canta-
bimus et psallemus virtutes tuas.

XXII.

In finem pro susceptione matutina, Psalmus David.

1 Deus Deus meus respice in me: quare
me dereliquisti? longe a salute mea verba
delictorum meorum. 2 Deus meus clamabo
per diem, et non exaudies: et nocte, et non ad
insipientiam mihi. 3 Tu autem in sancto
habitas, laus Israel. 4 In te speraverunt
patres nostri: speraverunt, et liberasti eos.
5 Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: in te
speraverunt, et non sunt confusi. 6 Ego
autem sum vermis, et non homo: opprobrium
hominum, et abjectio plebis. 7 Omnes videntes
me, deriserunt me: locuti sunt labiis, et
moverunt caput. 8 Speravit in Domino,
eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam
vult eum. 9 Quoniam tu es, qui extraxisti
me de ventre: spes mea ab uberibus matris
meæ. 10 In te projectus sum ex utero: de
ventre matris meæ Deus meus es tu. 11 Ne
discesseris a me: quoniam tribulatio proxima
est: quoniam non est qui adjuvet. 12 Circum-
dederunt me vituli multi, tauri pingues obse-
derunt me. 13 Aperuerunt super me os suum,
sicut leo rapiens et rugiens. 14 Sicut aqua
effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tamquam cera liquescens
in medio ventris mei. 15 Aruit tanquam
testa virtus mea, et lingua mea adhæsit
faucibus meis: et in pulverem mortis deduxisti
me. 16 Quoniam circumdederunt me canes
multi: concilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas et pedes meos:
17 Dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi
vero consideraverunt et inspexerunt me:
18 Diviserunt sibi vestimenta mea, et
super vestem meam miserunt sortem.
19 Tu autem Domine ne elongaveris auxilium
tuum a me: ad defensionem meam conspice.

21 הַצִּילָה מֵחֶרֶב נַפְשִׁי מִיַּד־כֶּלֶב יְחִידָתִי׃
22 הוֹשִׁיעֵנִי מִפִּי אַרְיֵה וּמִקַּרְנֵי רֵמִים
עֲנִיתָנִי׃ 23 אֲסַפְּרָה שִׁמְךָ לְאֶחָי בְּתוֹךְ
קָהָל אֲהַלְלֶךָּ׃ 24 יִרְאֵי יְהוָה ׀ הַלְלוּהוּ
כָּל־זֶרַע יַעֲקֹב כַּבְּדוּהוּ וְגוּרוּ מִמֶּנּוּ כָּל־
זֶרַע יִשְׂרָאֵל׃ 25 כִּי לֹא־בָזָה וְלֹא שִׁקַּץ
עֱנוּת עָנִי וְלֹא־הִסְתִּיר פָּנָיו מִמֶּנּוּ וּבְשַׁוְּעוֹ
אֵלָיו שָׁמֵעַ׃ 26 מֵאִתְּךָ תְּהִלָּתִי בְּקָהָל
רָב נְדָרַי אֲשַׁלֵּם נֶגֶד יְרֵאָיו׃ 27 יֹאכְלוּ
עֲנָוִים וְיִשְׂבָּעוּ יְהַלְלוּ יְהוָה דֹּרְשָׁיו יְחִי
לְבַבְכֶם לָעַד׃ 28 יִזְכְּרוּ ׀ וְיָשֻׁבוּ אֶל־יְהוָה
כָּל־אַפְסֵי־אָרֶץ וְיִשְׁתַּחֲווּ לְפָנֶיךָ כָּל־
מִשְׁפְּחוֹת גּוֹיִם׃ 29 כִּי לַיהוָה הַמְּלוּכָה
וּמֹשֵׁל בַּגּוֹיִם׃ 30 אָכְלוּ וַיִּשְׁתַּחֲווּ ׀ כָּל־
דִּשְׁנֵי־אֶרֶץ לְפָנָיו יִכְרְעוּ כָּל־יוֹרְדֵי עָפָר
וְנַפְשׁוֹ לֹא חִיָּה׃ 31 זֶרַע יַעַבְדֶנּוּ יְסֻפַּר
לַאדֹנָי לַדּוֹר׃ 32 יָבֹאוּ וְיַגִּידוּ צִדְקָתוֹ לְעַם
נוֹלָד כִּי עָשָׂה׃

כג

1 מִזְמוֹר לְדָוִד יְהוָה רֹעִי לֹא אֶחְסָר׃
2 בִּנְאוֹת דֶּשֶׁא יַרְבִּיצֵנִי עַל־מֵי מְנֻחוֹת
יְנַהֲלֵנִי׃ 3 נַפְשִׁי יְשׁוֹבֵב יַנְחֵנִי בְמַעְגְּלֵי־
צֶדֶק לְמַעַן שְׁמוֹ׃ 4 גַּם כִּי־אֵלֵךְ בְּגֵיא
צַלְמָוֶת לֹא־אִירָא רָע כִּי־אַתָּה עִמָּדִי
שִׁבְטְךָ וּמִשְׁעַנְתֶּךָ הֵמָּה יְנַחֲמֻנִי׃ 5 תַּעֲרֹךְ
לְפָנַי ׀ שֻׁלְחָן נֶגֶד צֹרְרָי דִּשַּׁנְתָּ בַשֶּׁמֶן
רֹאשִׁי כּוֹסִי רְוָיָה׃ 6 אַךְ ׀ טוֹב וָחֶסֶד
יִרְדְּפוּנִי כָּל־יְמֵי חַיָּי וְשַׁבְתִּי בְּבֵית יְהוָה
לְאֹרֶךְ יָמִים׃

כד

1 לְדָוִד מִזְמוֹר לַיהוָה הָאָרֶץ וּמְלוֹאָהּ
תֵּבֵל וְיֹשְׁבֵי בָהּ׃ 2 כִּי־הוּא עַל־יַמִּים
יְסָדָהּ וְעַל־נְהָרוֹת יְכוֹנְנֶהָ׃ 3 מִי־יַעֲלֶה
בְהַר־יְהוָה וּמִי יָקוּם בִּמְקוֹם קָדְשׁוֹ׃ 4 נְקִי
כַפַּיִם וּבַר לֵבָב אֲשֶׁר ׀ לֹא־נָשָׂא לַשָּׁוְא
נַפְשִׁי וְלֹא נִשְׁבַּע לְמִרְמָה׃ 5 יִשָּׂא
בְרָכָה מֵאֵת יְהוָה וּצְדָקָה מֵאֱלֹהֵי יִשְׁעוֹ׃
6 זֶה דּוֹר דֹּרְשָׁו מְבַקְשֵׁי פָנֶיךָ יַעֲקֹב
סֶלָה׃ 7 שְׂאוּ שְׁעָרִים ׀ רָאשֵׁיכֶם וְהִנָּשְׂאוּ
פִּתְחֵי עוֹלָם וְיָבוֹא מֶלֶךְ הַכָּבוֹד׃

20 Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ
χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· 21 Σῶσόν με
ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώ-
των τὴν ταπείνωσίν μου. 22 Διηγήσομαι τὸ ὄνομά
σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω
σε. 23 Οἱ φοβούμενοι Κύριον αἰνέσατε αὐτόν,
ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ δοξάσατε αὐτόν, φοβη-
θήτωσαν αὐτὸν ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ. 24 Ὅτι
οὐκ ἐξουδένωσεν οὐδὲ προσώχθισε τῇ δεήσει τοῦ
πτωχοῦ, οὐδὲ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ᾿
ἐμοῦ, καὶ ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτὸν εἰσή-
κουσέ μου. 25 Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου ἐν
ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω ἐνώπιον
τῶν φοβουμένων αὐτόν. 26 Φάγονται πένητες
καὶ ἐμπλησθήσονται, καὶ αἰνέσουσι Κύριον οἱ
ἐκζητοῦντες αὐτόν, ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς
αἰῶνα αἰῶνος. 27 Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφή-
σονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς,
καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ
πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· 28 Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ
βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. 29 Ἔφα-
γον καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς,
ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαί-
νοντες εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ,
30 Καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ· ἀναγγε-
λήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, 31 Καὶ
ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ
τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος.

κγ.

Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

1 ΚΥΡΙΟΣ ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει.
2 Εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν· ἐπὶ
ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με· 3 Τὴν ψυχήν
μου ἐπέστρεψεν· ὡδήγησέ με ἐπὶ τρίβους δικαιο-
σύνης ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. 4 Ἐὰν γὰρ
καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθή-
σομαι κακά, ὅτι σὺ μετ᾿ ἐμοῦ εἶ· ἡ ῥάβδος σου
καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν.
5 Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν ἐξεναντίας
τῶν θλιβόντων με· ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν
κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον ὡς
κράτιστον. 6 Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με
πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, καὶ τὸ κατοι-
κεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εις μακροτητα ημερῶν.

κδ΄.

Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ τῆς μιᾶς σαββάτου.

1 ΤΟΥ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ
οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ.
2 Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν, καὶ
ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. 3 Τίς ἀναβήσεται
εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ τίς στήσεται ἐν τόπῳ
ἁγίῳ αὐτοῦ; 4 Ἀθῶος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ
καρδίᾳ, ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν
αὐτοῦ, καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον
αὐτοῦ. 5 Οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ Κυρίου,
καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ.
6 Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων αὐτόν, ζητούντων τὸ
πρόσωπον τοῦ θεοῦ Ἰακώβ. Διάψαλμα. 7 Ἄρατε
πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι
αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.

20 Erue a framea Deus animam meam: et de
manu canis unicam meam. 21 Salva me ex
ore leonis: et a cornibus unicornium humili-
tatem meam. 22 Narrabo nomen tuum
fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te.
23 Qui timetis Dominum laudate eum:
universum semen Jacob glorificate eum:
24 Timeat eum omne semen Israel: quoniam
non sprevit, neque despexit deprecationem
pauperis: nec avertit faciem suam a me: et
cum clamarem ad eum exaudivit me. 25 Apud
te laus mea in ecclesia magna: vota mea
reddam in conspectu timentium eum. 26 Edent
pauperes, et saturabuntur: et laudabunt
Dominum qui requirunt eum: vivent corda
eorum in sæculum sæculi. 27 Reminiscentur
et convertentur ad Dominum universi fines
terræ: et adorabunt in conspectu ejus universæ
familiæ gentium. 28 Quoniam Domini est
regnum: et ipse dominabitur gentium.
29 Manducaverunt et adoraverunt omnes
pingues terræ: in conspectu ejus cadent
omnes qui descendunt in terram. 30 Et anima
mea illi vivet: et semen meum serviet ipsi.
31 Annuntiabitur Domino generatio ventura:
et annuntiabunt cæli justitiam ejus populo
qui nascetur, quem fecit Dominus.

XXIII.

Psalmus David.

1 DOMINUS regit me, et nihil mihi deerit:
2 In loco pascuæ ibi me collocavit. Super
aquam refectionis educavit me: 3 Animam
meam convertit. Deduxit me super semitas
justitiæ, propter nomen suum. 4 Nam, et si
ambulavero in medio umbræ mortis, non
timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga
tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt.
5 Parasti in conspectu meo mensam, adversus
eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo
caput meum: et calix meus inebrians quam
præclarus est: 6 Et misericordia tua subse-
quetur me omnibus diebus vitæ meæ: et ut
inhabitem in domo Domini, in longitudinem
dierum.

XXIV.

Prima sabbati, Psalmus David.

1 DOMINI est terra, et plenitudo ejus: orbis
terrarum, et universi qui habitant in eo.
2 Quia ipse super maria fundavit eum: et
super flumina præparavit eum. 3 Quis
ascendet in montem Domini? aut quis stabit
in loco sancto ejus? 4 Innocens manibus et
mundo corde, qui non accepit in vano animam
suam, nec juravit in dolo proximo suo.
5 Hic accipiet benedictionem a Domino: et
misericordiam a Deo salutari suo. 6 Hæc
est generatio quærentium eum, quæ-
rentium faciem Dei Jacob. 7 Attollite
portas principes vestras, et elevamini
portæ æternales: et introibit rex gloriæ.

8 מִי זֶה מֶלֶךְ הַכָּבוֹד יְהוָה עִזּוּז וְגִבּוֹר
יְהוָה גִּבּוֹר מִלְחָמָה׃ 9 שְׂאוּ שְׁעָרִים ׀
רָאשֵׁיכֶם וּשְׂאוּ פִּתְחֵי עוֹלָם וְיָבֹא מֶלֶךְ
הַכָּבוֹד׃ 10 מִי הוּא זֶה מֶלֶךְ הַכָּבוֹד
יְהוָה צְבָאוֹת הוּא מֶלֶךְ הַכָּבוֹד סֶלָה׃

כה

1 לְדָוִד אֵלֶיךָ יְהוָה נַפְשִׁי אֶשָּׂא׃ 2 אֱלֹהַי
בְּךָ בָטַחְתִּי אַל־אֵבוֹשָׁה אַל־יַעַלְצוּ אֹיְבַי
לִי׃ 3 גַּם כָּל־קֹוֶיךָ לֹא יֵבֹשׁוּ יֵבֹשׁוּ
הַבּוֹגְדִים רֵיקָם׃ 4 דְּרָכֶיךָ יְהוָה הוֹדִיעֵנִי
אֹרְחוֹתֶיךָ לַמְּדֵנִי׃ 5 הַדְרִיכֵנִי בַאֲמִתֶּךָ ׀
וְלַמְּדֵנִי כִּי־אַתָּה אֱלֹהֵי יִשְׁעִי אוֹתְךָ קִוִּיתִי
כָּל־הַיּוֹם׃ 6 זְכֹר־רַחֲמֶיךָ יְהוָה וַחֲסָדֶיךָ
כִּי מֵעוֹלָם הֵמָּה׃ 7 חַטֹּאות נְעוּרַי ׀
וּפְשָׁעַי אַל־תִּזְכֹּר כְּחַסְדְּךָ זְכָר־לִי־אַתָּה
לְמַעַן טוּבְךָ יְהוָה׃ 8 טוֹב־וְיָשָׁר יְהוָה
עַל־כֵּן יוֹרֶה חַטָּאִים בַּדָּרֶךְ׃ 9 יַדְרֵךְ עֲנָוִים
בַּמִּשְׁפָּט וִילַמֵּד עֲנָוִים דַּרְכּוֹ׃ 10 כָּל־אָרְחוֹת
יְהוָה חֶסֶד וֶאֱמֶת לְנֹצְרֵי בְרִיתוֹ וְעֵדֹתָיו׃
11 לְמַעַן־שִׁמְךָ יְהוָה וְסָלַחְתָּ לַעֲוֹנִי כִּי
רַב־הוּא׃ 12 מִי־זֶה הָאִישׁ יְרֵא יְהוָה
יוֹרֶנּוּ בְּדֶרֶךְ יִבְחָר׃ 13 נַפְשׁוֹ בְּטוֹב תָּלִין
וְזַרְעוֹ יִירַשׁ אָרֶץ׃ 14 סוֹד יְהוָה לִירֵאָיו
וּבְרִיתוֹ לְהוֹדִיעָם׃ 15 עֵינַי תָּמִיד אֶל־יְהוָה
כִּי הוּא־יוֹצִיא מֵרֶשֶׁת רַגְלָי׃ 16 פְּנֵה־אֵלַי
וְחָנֵּנִי כִּי־יָחִיד וְעָנִי אָנִי׃ 17 צָרוֹת לְבָבִי
הִרְחִיבוּ מִמְּצוּקוֹתַי הוֹצִיאֵנִי׃ 18 רְאֵה
עָנְיִי וַעֲמָלִי וְשָׂא לְכָל־חַטֹּאותָי׃ 19 רְאֵה־
אוֹיְבַי כִּי־רָבּוּ וְשִׂנְאַת חָמָס שְׂנֵאוּנִי׃
20 שָׁמְרָה נַפְשִׁי וְהַצִּילֵנִי אַל־אֵבוֹשׁ כִּי־
חָסִיתִי בָךְ׃ 21 תֹּם־וָיֹשֶׁר יִצְּרוּנִי כִּי
קִוִּיתִיךָ׃ 22 פְּדֵה אֱלֹהִים אֶת־יִשְׂרָאֵל מִכֹּל
צָרוֹתָיו׃

כו

1 לְדָוִד ׀ שָׁפְטֵנִי יְהוָה כִּי־אֲנִי בְּתֻמִּי
הָלַכְתִּי וּבַיהוָה בָּטַחְתִּי לֹא אֶמְעָד׃
2 בְּחָנֵנִי יְהוָה וְנַסֵּנִי צָרְפָה כִלְיוֹתַי
וְלִבִּי׃ 3 כִּי־חַסְדְּךָ לְנֶגֶד עֵינָי וְהִתְהַלַּכְתִּי
בַּאֲמִתֶּךָ׃ 4 לֹא־יָשַׁבְתִּי עִם־מְתֵי־שָׁוְא
וְעִם נַעֲלָמִים לֹא אָבוֹא׃ 5 שָׂנֵאתִי קְהַל
מְרֵעִים וְעִם־רְשָׁעִים לֹא אֵשֵׁב׃ 6 אֶרְחַץ
בְּנִקָּיוֹן כַּפָּי וַאֲסֹבְבָה אֶת־מִזְבַּחֲךָ יְהוָה׃

8 Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος
κραταιὸς καὶ δυνατός, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ.
9 Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε
πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς
δόξης. 10 Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης;
Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν οὗτος ὁ βασι-
λεὺς τῆς δόξης.

κε.

Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

1 ΠΡΟΣ σέ, Κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου· 2 Ὁ
θεός μου, ἐπὶ σοὶ πέποιθα· μὴ καταισχυνθείην,
μηδὲ καταγελασάτωσάν μου οἱ ἐχθροί μου. 3 Καὶ
γὰρ πάντες οἱ ὑπομένοντές σε οὐ μὴ καταισχυνθῶ-
σιν· αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διὰ κενῆς.
4 Τὰς ὁδούς σου, Κύριε, γνώρισόν μοι, καὶ τὰς
τρίβους σου δίδαξόν με· 5 Ὁδήγησόν με ἐπὶ
τὴν ἀλήθειάν σου καὶ δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς
ὁ σωτήρ μου, καὶ σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν.
6 Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, Κυριε, καὶ τὰ
ἐλέη σου, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνός εἰσιν. 7 Ἁμαρτίας
νεότητός μου καὶ ἀγνοίας μου μὴ μνησθῇς· κατὰ
τὸ ἔλεός σου μνήσθητί μου ἕνεκεν τῆς χρηστότητός
σου, Κύριε. 8 Χρηστὸς καὶ εὐθὴς ὁ Κύριος· διὰ
τοῦτο νομοθετήσει ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ. 9 Ὁδη-
γήσει πραεῖς ἐν κρίσει, διδάξει πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ.
10 Πᾶσαι αἱ ὁδοὶ Κυρίου ἔλεος καὶ ἀλήθεια τοῖς
ἐκζητοῦσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ καὶ τὰ μαρτύρια
αὐτοῦ. 11 Ἕνεκα τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, καὶ
ἱλάσῃ τῇ ἁμαρτίᾳ μου· πολλὴ γάρ ἐστι. 12 Τίς
ἐστιν ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον; νομο-
θετήσει αὐτῷ ἐν ὁδῷ ᾗ ᾑρετίσατο· 13 Ἡ ψυχὴ
αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται, καὶ τὸ σπέρμα
αὐτοῦ κληρονομήσει γῆν. 14 Κραταίωμα Κύριος
τῶν φοβουμένων αὐτόν, καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ τοῦ
δηλῶσαι αὐτοῖς. 15 Οἱ ὀφθαλμοί μου διὰ παντὸς
πρὸς τὸν Κύριον, ὅτι αὐτὸς ἐκσπάσει ἐκ παγίδος
τοὺς πόδας μου. 16 Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ καὶ
ἐλέησόν με, ὅτι μονογενὴς καὶ πτωχός εἰμι ἐγώ.
17 Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν, ἐκ
τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με. 18 Ἴδε τὴν
ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου, καὶ ἄφες
πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. 19 Ἴδε τοὺς ἐχθρούς
μου ὅτι ἐπληθύνθησαν, καὶ μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν
με. 20 Φύλαξον τὴν ψυχήν μου καὶ ῥῦσαί με·
μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ σέ. 21 Ἄκακοι
καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, ὅτι ὑπέμεινά σε, Κύριε.
22 Λύτρωσαι, ὁ θεός, τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν
θλίψεων αὐτοῦ.

κϛ.

Τοῦ Δαυίδ.

1 ΚΡΙΝΟΝ με, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου
ἐπορεύθην, καὶ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπίζων οὐ μὴ
σαλευθῶ. 2 Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν
με, πύρωσον τοὺς νεφρούς μου καὶ τὴν καρδίαν
μου. 3 Ὅτι τὸ ἔλεός σου κατέναντι τῶν
ὀφθαλμῶν μού ἐστι, καὶ εὐηρέστησα ἐν τῇ ἀληθείᾳ
σου. 4 Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος,
καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω· 5 Ἐμί-
σησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων, καὶ μετὰ ἀσεβῶν
οὐ μὴ καθίσω. 6 Νίψομαι ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς
μου, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε,

8 Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis
et potens: Dominus potens in prœlio. 9 At-
tollite portas principes vestras, et elevamini
portæ æternales: et introibit rex gloriæ.
10 Quis est iste rex gloriæ? Dominus
virtutum ipse est rex gloriæ.

XXV.

In finem, Psalmus David.

1 AD te Domine levavi animam meam:
2 Deus meus in te confido, non erubescam:
3 Neque irrideant me inimici mei: etenim
universi, qui sustinent te, non confundentur.
4 Confundantur omnes iniqua agentes su-
pervacue. Vias tuas Domine demonstra mihi:
et semitas tuas edoce me. 5 Dirige me in
veritate tua, et doce me: quia tu es Deus
salvator meus, et te sustinui tota die. 6 Re-
miniscere miserationum tuarum Domine, et
misericordiarum tuarum, quæ a sæculo sunt.
7 Delicta juventutis meæ, et ignorantias
meas ne memineris. Secundum misericordiam
tuam memento mei tu: propter bonitatem
tuam Domine. 8 Dulcis et rectus Dominus:
propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
9 Diriget mansuetos in judicio: docebit mites
vias suas. 10 Universæ viæ Domini, miseri-
cordia et veritas, requirentibus testamentum
ejus et testimonia ejus. 11 Propter nomen
tuum Domine propitiaberis peccato meo:
multum est enim. 12 Quis est homo qui
timet Dominum? legem statuit ei in via,
quam elegit. 13 Anima ejus in bonis demo-
rabitur: et semen ejus hereditabit terram.
14 Firmamentum est Dominus timentibus
eum: et testamentum ipsius ut manifestetur
illis. 15 Oculi mei semper ad Dominum:
quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.
16 Respice in me, et miserere mei: quia
unicus et pauper sum ego. 17 Tribulationes
cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus
meis erue me. 18 Vide humilitatem meam,
et laborem meum: et dimitte universa delicta
mea. 19 Respice inimicos meos quoniam
multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me.
20 Custodi animam meam, et erue me: non
erubescam quoniam speravi in te. 21 Inno-
centes et recti adhæserunt mihi: quia sustinui
te. 22 Libera Deus Israel, ex omnibus tribu-
lationibus suis.

XXVI.

In finem, Psalmus David.

1 JUDICA me Domine, quoniam ego in
innocentia mea ingressus sum: et in Domino
sperans non infirmabor. 2 Proba me Domine,
et tenta me: ure renes meos et cor meum.
3 Quoniam misericordia tua ante oculos meos
est: et complacui in veritate tua. 4 Non
sedi cum concilio vanitatis: et cum iniqua
gerentibus non introibo. 5 Odivi eccle-
siam malignantium: et cum impiis non
sedebo. 6 Lavabo inter innocentes manus
meas: et circumdabo altare tuum Domine:

7 לְשְׁמִעַ בְּקוֹל תּוֹדָה וּלְסַפֵּר כָּל־נִפְלְאוֹתֶיךָ׃
8 יְהוָה אָהַבְתִּי מְעוֹן בֵּיתֶךָ וּמְקוֹם מִשְׁכַּן
כְּבוֹדֶךָ׃ 9 אַל־תֶּאֱסֹף עִם־חַטָּאִים נַפְשִׁי
וְעִם־אַנְשֵׁי דָמִים חַיָּי׃ 10 אֲשֶׁר־בִּידֵיהֶם
זִמָּה וִימִינָם מָלְאָה שֹּׁחַד׃ 11 וַאֲנִי בְּתֻמִּי
אֵלֵךְ פְּדֵנִי וְחָנֵּנִי׃ 12 רַגְלִי עָמְדָה בְמִישׁוֹר
בְּמַקְהֵלִים אֲבָרֵךְ יְהוָה׃

כז

1 לְדָוִד ׀ יְהוָה ׀ אוֹרִי וְיִשְׁעִי מִמִּי אִירָא
יְהוָה מָעוֹז־חַיַּי מִמִּי אֶפְחָד׃ 2 בִּקְרֹב
עָלַי ׀ מְרֵעִים לֶאֱכֹל אֶת־בְּשָׂרִי צָרַי וְאֹיְבַי
לִי הֵמָּה כָּשְׁלוּ וְנָפָלוּ׃ 3 אִם־תַּחֲנֶה עָלַי
מַחֲנֶה לֹא־יִירָא לִבִּי אִם־תָּקוּם עָלַי מִלְחָמָה
בְּזֹאת אֲנִי בוֹטֵחַ׃ 4 אַחַת ׀ שָׁאַלְתִּי מֵאֵת־
יְהוָה אוֹתָהּ אֲבַקֵּשׁ שִׁבְתִּי בְּבֵית־יְהוָה
כָּל־יְמֵי חַיַּי לַחֲזוֹת בְּנֹעַם־יְהוָה וּלְבַקֵּר
בְּהֵיכָלוֹ׃ 5 כִּי יִצְפְּנֵנִי ׀ בְּסֻכֹּה בְּיוֹם רָעָה
יַסְתִּרֵנִי בְּסֵתֶר אָהֳלוֹ בְּצוּר יְרוֹמְמֵנִי׃
6 וְעַתָּה יָרוּם רֹאשִׁי עַל אֹיְבַי סְבִיבוֹתַי
וְאֶזְבְּחָה בְאָהֳלוֹ זִבְחֵי תְרוּעָה אָשִׁירָה
וַאֲזַמְּרָה לַיהוָה׃ 7 שְׁמַע־יְהוָה קוֹלִי אֶקְרָא
וְחָנֵּנִי וַעֲנֵנִי׃ 8 לְךָ ׀ אָמַר לִבִּי בַּקְּשׁוּ פָנָי
אֶת־פָּנֶיךָ יְהוָה אֲבַקֵּשׁ׃ 9 אַל־תַּסְתֵּר
פָּנֶיךָ ׀ מִמֶּנִּי אַל־תַּט בְּאַף עַבְדֶּךָ עֶזְרָתִי
הָיִיתָ אַל־תִּטְּשֵׁנִי וְאַל־תַּעַזְבֵנִי אֱלֹהֵי
יִשְׁעִי׃ 10 כִּי־אָבִי וְאִמִּי עֲזָבוּנִי וַיהוָה
יַאַסְפֵנִי׃ 11 הוֹרֵנִי יְהוָה דַּרְכֶּךָ וּנְחֵנִי
בְּאֹרַח מִישׁוֹר לְמַעַן שׁוֹרְרָי׃ 12 אַל־תִּתְּנֵנִי
בְּנֶפֶשׁ צָרָי כִּי קָמוּ־בִי עֵדֵי־שֶׁקֶר וִיפֵחַ
חָמָס׃ 13 לוּלֵא הֶאֱמַנְתִּי לִרְאוֹת בְּטוּב־
יְהוָה בְּאֶרֶץ חַיִּים׃ 14 קַוֵּה אֶל־יְהוָה חֲזַק
וְיַאֲמֵץ לִבֶּךָ וְקַוֵּה אֶל־יְהוָה׃

כח

1 לְדָוִד אֵלֶיךָ יְהוָה אֶקְרָא צוּרִי
אַל־תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנִּי פֶּן־תֶּחֱשֶׁה מִמֶּנִּי וְנִמְשַׁלְתִּי
עִם־יוֹרְדֵי בוֹר׃ 2 שְׁמַע קוֹל תַּחֲנוּנַי
בְּשַׁוְּעִי אֵלֶיךָ בְּנָשְׂאִי יָדַי אֶל־דְּבִיר קָדְשֶׁךָ׃
3 אַל־תִּמְשְׁכֵנִי עִם־רְשָׁעִים וְעִם־פֹּעֲלֵי אָוֶן
דֹּבְרֵי שָׁלוֹם עִם־רֵעֵיהֶם וְרָעָה בִּלְבָבָם׃

7 Τοῦ ἀκοῦσαι φωνῆς αἰνέσεως, καὶ διηγήσασθαι
πάντα τὰ θαυμάσιά σου. 8 Κύριε, ἠγάπησα
εὐπρέπειαν οἴκου σου καὶ τόπον σκηνώματος δόξης
σου. 9 Μὴ συναπολέσῃς μετὰ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν
μου, καὶ μετὰ ἀνδρῶν αἱμάτων τὴν ζωήν μου·
10 Ὧν ἐν χερσὶν ἀνομίαι, ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη
δώρων. 11 Ἐγὼ δὲ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην·
λύτρωσαί με καὶ ἐλέησόν με. 12 Ὁ πούς μου ἔστη
ἐν εὐθύτητι· ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε, Κύριε.

κζ'.

Τοῦ Δαυὶδ πρὸ τοῦ χρισθῆναι.

1 ΚΥΡΙΟΣ φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα
φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου,
ἀπὸ τίνος δειλιάσω; 2 Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ
κακοῦντας τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου, οἱ θλίβοντές
με καὶ οἱ ἐχθροί μου αὐτοὶ ἠσθένησαν καὶ ἔπεσαν.
3 Ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολή, οὐ φοβη-
θήσεται ἡ καρδία μου· ἐὰν ἐπαναστῇ ἐπ' ἐμὲ
πόλεμος, ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπίζω. 4 Μίαν ᾐτησάμην
παρὰ Κυρίου, ταύτην ἐκζητήσω, τοῦ κατοικεῖν με
ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου,
τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου καὶ ἐπι-
σκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ. 5 Ὅτι ἔκρυψέ με ἐν
σκηνῇ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μου, ἐσκέπασέ με ἐν
ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ, ἐν πέτρᾳ ὕψωσέ με.
6 Καὶ νῦν ἰδοὺ ὕψωσε τὴν κεφαλήν μου ἐπ'
ἐχθρούς μου· ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ
αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ, ᾄσομαι καὶ ψαλῶ τῷ
Κυρίῳ. 7 Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς μου ἧς
ἐκέκραξα, ἐλέησόν με καὶ εἰσάκουσόν μου. 8 Σοὶ
εἶπεν ἡ καρδία μου Ἐξεζήτησα τὸ πρόσωπόν σου,
τὸ πρόσωπόν σου Κύριε ζητήσω. 9 Μὴ ἀποστρέψῃς
τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ
τοῦ δούλου σου· βοηθός μου γενοῦ, μὴ ἐγκαταλίπῃς
με καὶ μὴ ὑπερίδῃς με, ὁ θεὸς ὁ σωτήρ μου. 10 Ὅτι
ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με, ὁ
δὲ Κύριος προσελάβετό με. 11 Νομοθέτησόν με,
Κύριε, ἐν τῇ ὁδῷ σου, καὶ ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ
εὐθείᾳ ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου. 12 Μὴ παραδῷς
με εἰς ψυχὰς θλιβόντων με, ὅτι ἐπανέστησάν μοι
μάρτυρες ἄδικοι, καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ.
13 Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ
ζώντων. 14 Ὑπόμεινον τὸν Κύριον· ἀνδρίζου,
καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν
Κύριον.

κη'.

Τοῦ Δαυίδ.

1 ΠΡΟΣ σὲ Κύριε ἐκέκραξα, ὁ θεός μου μὴ παρα-
σιωπήσῃς ἐπ' ἐμοί· μή ποτε παρασιωπήσῃς ἐπ'
ἐμοὶ καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς
λάκκον. 2 Εἰσάκουσον τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς
μου ἐν τῷ δέεσθαί με πρός σέ, ἐν τῷ αἴρειν με
χεῖράς μου εἰς ναὸν ἅγιόν σου. 3 Μὴ συνελ-
κύσῃς μετὰ ἁμαρτωλῶν τὴν ψυχήν μου, καὶ
μετὰ ἐργαζομένων ἀδικίαν μὴ συναπολέσῃς
με, τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλη-
σίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.

7 Ut audiam vocem laudis, et enarrem universa
mirabilia tua. 8 Domine dilexi decorem domus
tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ. 9 Ne
perdas cum impiis Deus animam meam, et
cum viris sanguinum vitam meam: 10 In
quorum manibus iniquitates sunt: dextera
eorum repleta est muneribus. 11 Ego autem
in innocentia mea ingressus sum: redime me,
et miserere mei. 12 Pes meus stetit in directo:
in ecclesiis benedicam te Domine.

XXVII.

Psalmus David priusquam liniretur.

1 Dominus illuminatio mea, et salus mea,
quem timebo? Dominus protector vitæ meæ,
a quo trepidabo? 2 Dum appropiant super
me nocentes, ut edant carnes meas: qui
tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt
et ceciderunt. 3 Si consistant adversum me
castra, non timebit cor meum. Si exsurgat
adversum me prœlium, in hoc ego sperabo.
4 Unam petii a Domino, hanc requiram, ut
inhabitem in domo Domini omnibus diebus
vitæ meæ: ut videam voluptatem Domini, et
visitem templum ejus. 5 Quoniam abscondit
me in tabernaculo suo: in die malorum
protexit me in abscondito tabernaculi sui.
6 In petra exaltavit me: et nunc exaltavit
caput meum super inimicos meos. Circuivi,
et immolavi in tabernaculo ejus hostiam
vociferationis: cantabo, et psalmum dicam
Domino. 7 Exaudi Domine vocem meam,
qua clamavi ad te: miserere mei, et exaudi
me. 8 Tibi dixit cor meum, exquisivit te
facies mea: faciem tuam Domine requiram.
9 Ne avertas faciem tuam a me: ne declines
in ira a servo tuo. Adjutor meus esto: ne
derelinquas me, neque despicias me Deus
salutaris meus. 10 Quoniam pater meus, et
mater mea, dereliquerunt me: Dominus autem
assumpsit me. 11 Legem pone mihi Domine
in via tua: et dirige me in semitam rectam
propter inimicos meos. 12 Ne tradideris me
in animas tribulantium me: quoniam insur-
rexerunt in me testes iniqui, et mentita est
iniquitas sibi. 13 Credo videre bona Domini
in terra viventium. 14 Expecta Dominum,
viriliter age: et confortetur cor tuum, et
sustine Dominum.

XXVIII.

Psalmus ipsi David.

1 Ad te Domine clamabo, Deus meus ne
sileas a me: ne quando taceas a me, et assi-
milabor descendentibus in lacum. 2 Exaudi
Domine vocem deprecationis meæ dum oro ad
te: dum extollo manus meas ad templum
sanctum tuum. 3 Ne simul trahas me
cum peccatoribus: et cum operantibus iniqui-
tatem ne perdas me: qui loquuntur pacem cum
proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

4 תֶּן־לָהֶם כְּפָעֳלָם וּכְרֹעַ מַעַלְלֵיהֶם
כְּמַעֲשֵׂה יְדֵיהֶם תֵּן לָהֶם הָשֵׁב גְּמוּלָם
לָהֶם׃ 5 כִּי ׀ לֹא יָבִינוּ אֶל־פְּעֻלֹּת יְהוָה
וְאֶל־מַעֲשֵׂה יָדָיו יֶהֶרְסֵם וְלֹא יִבְנֵם׃
6 בָּרוּךְ יְהוָה כִּי שָׁמַע קוֹל תַּחֲנוּנָי׃
7 יְהוָה ׀ עֻזִּי וּמָגִנִּי בּוֹ בָטַח לִבִּי וְנֶעֱזָרְתִּי
וַיַּעֲלֹז לִבִּי וּמִשִּׁירִי אֲהוֹדֶנּוּ׃ 8 יְהוָה עֹז־
לָמוֹ וּמָעוֹז יְשׁוּעוֹת מְשִׁיחוֹ הוּא׃
9 הוֹשִׁיעָה ׀ אֶת־עַמֶּךָ וּבָרֵךְ אֶת־נַחֲלָתֶךָ
וּרְעֵם וְנַשְּׂאֵם עַד־הָעוֹלָם׃

כט

1 מִזְמוֹר לְדָוִד הָבוּ לַיהוָה בְּנֵי אֵלִים
הָבוּ לַיהוָה כָּבוֹד וָעֹז׃ 2 הָבוּ לַיהוָה
כְּבוֹד שְׁמוֹ הִשְׁתַּחֲווּ לַיהוָה בְּהַדְרַת־
קֹדֶשׁ׃ 3 קוֹל יְהוָה עַל־הַמָּיִם אֵל־הַכָּבוֹד
הִרְעִים יְהוָה עַל־מַיִם רַבִּים׃ 4 קוֹל־יְהוָה
בַּכֹּחַ קוֹל יְהוָה בֶּהָדָר׃ 5 קוֹל יְהוָה
שֹׁבֵר אֲרָזִים וַיְשַׁבֵּר יְהוָה אֶת־אַרְזֵי
הַלְּבָנוֹן׃ 6 וַיַּרְקִידֵם כְּמוֹ־עֵגֶל לְבָנוֹן
וְשִׂרְיוֹן כְּמוֹ בֶן־רְאֵמִים׃ 7 קוֹל־יְהוָה חֹצֵב
לַהֲבוֹת אֵשׁ׃ 8 קוֹל יְהוָה יָחִיל מִדְבָּר
יָחִיל יְהוָה מִדְבַּר קָדֵשׁ׃ 9 קוֹל יְהוָה ׀
יְחוֹלֵל אַיָּלוֹת וַיֶּחֱשֹׂף יְעָרוֹת וּבְהֵיכָלוֹ
כֻּלּוֹ אֹמֵר כָּבוֹד׃ 10 יְהוָה לַמַּבּוּל יָשָׁב
וַיֵּשֶׁב יְהוָה מֶלֶךְ לְעוֹלָם׃ 11 יְהוָה
עֹז לְעַמּוֹ יִתֵּן יְהוָה ׀ יְבָרֵךְ אֶת־עַמּוֹ
בַשָּׁלוֹם׃

ל

1 מִזְמוֹר שִׁיר־חֲנֻכַּת הַבַּיִת לְדָוִד׃
2 אֲרוֹמִמְךָ יְהוָה כִּי דִלִּיתָנִי וְלֹא־שִׂמַּחְתָּ
אֹיְבַי לִי׃ 3 יְהוָה אֱלֹהָי שִׁוַּעְתִּי אֵלֶיךָ
וַתִּרְפָּאֵנִי׃ 4 יְהוָה הֶעֱלִיתָ מִן־שְׁאוֹל נַפְשִׁי
חִיִּיתַנִי מִיָּוֹרְדִי־בוֹר׃ 5 זַמְּרוּ לַיהוָה חֲסִידָיו
וְהוֹדוּ לְזֵכֶר קָדְשׁוֹ׃ 6 כִּי רֶגַע ׀ בְּאַפּוֹ
חַיִּים בִּרְצוֹנוֹ בָּעֶרֶב יָלִין בֶּכִי וְלַבֹּקֶר
רִנָּה׃ 7 וַאֲנִי אָמַרְתִּי בְשַׁלְוִי בַּל־אֶמּוֹט
לְעוֹלָם׃ 8 יְהוָה בִּרְצוֹנְךָ הֶעֱמַדְתָּה
לְהַרְרִי עֹז הִסְתַּרְתָּ פָנֶיךָ הָיִיתִי נִבְהָל׃
9 אֵלֶיךָ יְהוָה אֶקְרָא וְאֶל־יְהוָה אֶתְחַנָּן׃

4 Δὸς αὐτοῖς κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν καὶ κατὰ τὴν
πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν· κατὰ τὰ
ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν δὸς αὐτοῖς, ἀπόδος τὸ
ἀνταπόδομα αὐτῶν αὐτοῖς. 5 Ὅτι οὐ συνῆκαν
εἰς τὰ ἔργα Κυρίου καὶ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν
αὐτοῦ, καθελεῖς αὐτοὺς καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις
αὐτούς. 6 Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι εἰσήκουσε τῆς
φωνῆς τῆς δεήσεώς μου. 7 Κύριος βοηθός μου
καὶ ὑπερασπιστής μου· ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία
μου, καὶ ἐβοηθήθην καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου·
καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ.
8 Κύριος κραταίωμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ὑπερα-
σπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ ἐστί.
9 Σῶσον τὸν λαόν σου καὶ εὐλόγησον τὴν κληρο-
νομίαν σου, καὶ ποίμανον αὐτοὺς καὶ ἔπαρον αὐτοὺς
ἕως τοῦ αἰῶνος.

κθ.

Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ἐξοδίου σκηνῆς.

1 ʼΕΝΕΓΚΑΤΕ τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ
Κυρίῳ υἱοὺς κριῶν· ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ
τιμήν, 2 Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν ὀνόματι
αὐτοῦ· προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ
αὐτοῦ. 3 Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ θεὸς
τῆς δόξης ἐβρόντησε, Κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν.
4 Φωνὴ Κυρίου ἐν ἰσχύϊ, φωνὴ Κυρίου ἐν μεγα-
λοπρεπείᾳ. 5 Φωνὴ Κυρίου συντρίβοντος κέδρους·
συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου,
6 Καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον,
καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων. 7 Φωνὴ
Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός. 8 Φωνὴ Κυρίου
συσσείοντος ἔρημον, συσσείσει Κύριος τὴν ἔρημον
Κάδης. 9 Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένου ἐλάφους,
καὶ ἀποκαλύψει δρυμούς· καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς
τις λέγει δόξαν. 10 Κύριος τὸν κατακλυσμὸν κατοι-
κιεῖ· καὶ καθιεῖται Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα.
11 Κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει, Κύριος
εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ.

λ'.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου τοῦ Δαυίδ.

1 ʼΥΨΩΣΩ σε, Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με, καὶ οὐκ
εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ' ἐμέ. 2 Κύριε ὁ
θεός μου, ἐκέκραξα πρὸς σὲ καὶ ἰάσω με· 3 Κύριε,
ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ
τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. 4 Ψάλατε τῷ
Κυρίῳ οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ
τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ. 5 Ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ
αὐτοῦ, καὶ ζωὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ· τὸ ἑσπέρας
αὐλισθήσεται κλαυθμός, καὶ εἰς τὸ πρωὶ ἀγαλλίασις.
6 Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου Οὐ μὴ σαλευθῶ
εἰς τὸν αἰῶνα. 7 Κύριε, ἐν τῷ θελήματί σου παρέ-
σχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσ-
ωπόν σου, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος. 8 Πρὸς σὲ
Κύριε κεκράξομαι, καὶ πρὸς τὸν θεόν μου δεηθήσομαι.

4 Da illis secundum opera eorum, et secundum
nequitiam adinventionum ipsorum. Secundum
opera manuum eorum tribue illis: redde re-
tributionem eorum ipsis. 5 Quoniam non
intellexerunt opera Domini, et in opera
manuum ejus destrues illos, et non ædificabis
eos. 6 Benedictus Dominus: quoniam exau-
divit vocem deprecationis meæ. 7 Dominus
adjutor meus, et protector meus: in ipso
speravit cor meum, et adjutus sum: et reflo-
ruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor
ei. 8 Dominus fortitudo plebis suæ: et pro-
tector salvationum Christi sui est. 9 Salvum
fac populum tuum Domine, et benedic heredi-
tati tuæ: et rege eos, et extolle illos usque in
æternum.

XXIX.

Psalmus David. In consummatione tabernaculi.

1 AFFERTE Domino filii Dei: afferte Domino
filios arietum. 2 Afferte Domino gloriam et
honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus:
adorate Dominum in atrio sancto ejus. 3 Vox
Domini super aquas, Deus majestatis intonuit:
Dominus super aquas multas. 4 Vox Domini
in virtute: vox Domini in magnificentia.
5 Vox Domini confringentis cedros: et
confringet Dominus cedros Libani: 6 Et
comminuet eas tanquam vitulum Libani: et
dilectus quemandmodum filius unicornium.
7 Vox Domini intercidentis flammam ignis:
8 Vox Domini concutientis desertum: et
commovebit Dominus desertum Cades. 9 Vox
Domini præparantis cervos, et revelabit con-
densa: et in templo ejus omnes dicent gloriam.
10 Dominus diluvium inhabitare facit: et
sedebit Dominus rex in æternum. 11 Domi-
nus virtutem populo suo dabit: Dominus
benedicet populo suo in pace.

XXX.

Psalmus Cantici. In dedicatione domus David.

1 EXALTABO te Domine quoniam suscepisti
me: nec delectasti inimicos meos super me.
2 Domine Deus meus clamavi ad te, et sanasti
me. 3 Domine eduxisti ab inferno animam
meam: salvasti me a descendentibus in lacum.
4 Psallite Domino sancti ejus: et confitemini
memoriæ sanctitatis ejus. 5 Quoniam ira in
indignatione ejus: et vita in voluntate ejus.
